



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 40. Alia oratio Joannis Baptistæ Mesnili Procuratoris Generalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI
 A C 1565
 „demnabitis, quando videritis totam
 „Christianam Rempubicam per hoice
 „Socios turbatam, quorum artes, ac
 „consilia dispicere noluitis.,

§. XL.

*Alia oratio Joannis Baptistæ Mes-
 nili Procuratoris Generalis.*

*Argentre
 pag 379.
 Thuan. l. 37.*

Postquam Pasquierius suam orationem
 absolverat, Verforius ad illam re-
 spondit, tandem vero Joannes Baptista
 Mesnilus, cum Procuratoris Generalis
 munere fungeretur, suum sermonem
 exorsus pari ferme prodigalitate sua
 encomia in Jesuitas, & Universitatem
 profundebat, & utrumque hunc Ad-
 vocatum redarguebat, quod immodico
 partium studio sese abripi passi essent.
 Postea de rei summa differens, præ-
 primis agebat de iis, quæ novas Re-
 ligiones, novasque Ordinum Regula-
 rium species, regulas, ac Religiosas
 Communitates conventuales concerne-
 bant, præcipue vero referebat, quæ spe-
 cialiter Institutum Jesuitarum respiciunt:
 porro his præmiis egit de concessione,
 vel exclusione Collegiorum, & Socie-
 tatum non conventualium, & præpri-
 mis existimatæ Societatis Jesuitarum.
 Denique de Conventus, & collegii
 unione, aut distinctione differens sci-
 scitabatur, an unum sine altero, & qua
 ratio-

ratione subsistere possit? utrum hæc Societas Parisiis, vel alibi duntaxat Collegium esse queat, quin sit Conventus? an hæc Societas possit Parisinæ Universitati aggregari, quin statuta, & Universitatis decreta labefactentur, aut ex adverso Regula, institutum & Conventus Jesuitarum violetur: præterea ventilabat, qua demum ratione id conciliari valeat cum legibus, statutis, ac Franciæ consuetudinibus, necnon Regni privilegiis, atque Ecclesiæ Gallicanæ juribus, & libertatibus. Examinatis tribus hisce articulis ita conclusit: „excludendos „puto Jesuitas præcipue, eo quod Præ- „posito Generali suo natione Hispano obedientiæ juramentum præstiterint; ad hæc sunt exteri, ideo iisdem juventutis institutio committi haud potest, quoniam autem votis sunt obstricti, Universitati Parisinæ non sunt aggregandi, ut ibidem publice doceant: quantum vero ad foundationem ab Episcopo Claromontano factam spectabat, idem suavit, ut Parisiis Collegium ex relictis hujus Episcopi bonis erigeretur, illudque ab ejus nomine Claromontanum appellaretur: præterea petiit, ut illius Rector nominaretur Vir probus ex nullo Regularium Ordine, minus vero ex Societate Jesuitarum assumptus, sed Claromontii

Sæcul. XVI.
A. C. 1565.

Sæcul. XVI. in Alvernia, vel si ejusmodi Vir habe-
 A. C. 1565. ri non posset, Bilhonii, aut Mauriaci na-
 tus, necnon ex eadem Provincia Pro-
 curator feligeretur.

§. XLI.

*Suas lectiones prosequi Jesuitis per-
 missum, nec tamen Universitati
 aggregati.*

Thuan. l. 37. Hæc causa integro biduo agitata fuit.
 n. 4. tandem vero ad secundi confessus
 Argentre exitum Versorius rursus profitebatur, se
 p. 390. nequaquam pro quodam Ordine per-
 orare, sed pro Collegio, quod nec
 Ecclesiæ, nec Universitati, nec Urbi
 quoddam præjudicium afferret: porro
 his dictis demisse rogabat, ut cum suis
 clientibus conferre, ac proxima Feria
 quinta reverti permetteretur. Exposi-
 to hoc postulato, atque Universitatis
 Rectore audito Regis Curia præcipie-
 bat, ut sequenti Feria quinta hæc caus-
 sa rursus ageretur, & Versorii re-
 sponiones audiantur: insuper eadem Cu-
 ria mandabat, ut defuncti Claromontani
 Episcopi, ejusque Testamenti execu-
 tores, ac post illos Regius Procurator
 generalis desuper perciperentur, inter-
 ea vero utriusque partis Actores sua
 scripta præfato Procuratori Generali
 traderent, quatenus sic unicuique suum
 jus